



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

Caput IX. Ordinans familiarem Episcopus conferat statim reipsa
beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

CAPUT VIII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

*Quomodo, & a quo unusquisque promo-
veri debeat.*

» Ordinationes sacrorum Ordinum,
» statutis a jure temporibus, ac in
» cathedrali Ecclesia, vocatis, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, publice celebrentur, si autem in alio
» Diœcesis loco, præsentem Clero loci, dignior quantum fieri poterit, Ecclesia
» semper adeatur: unusquisque autem
» a proprio Episcopo ordinetur. Quod
» si quis ab alio promoveri petet, nullatenus id ei etiam cujusvis generalis
» aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus
» permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordinans a collatione Ordinum per annum, & ordinatus a susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

§. XL.

De Ordinandis Episcoporum familiaribus.

CAPUT IX.

Ordinans familiarem Episcopus conferat statim reipsa beneficium.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

C c Epif-

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

„Episcopus familiarem suum non sub-
„ditum ordinare non possit, nisi
„per triennium secum fuerit commora-
„tus, & beneficium, quacunque frau-
„de cessante, statim re ipsa illi conse-
„rat, consuetudine quacunque, etiam
„immemorabili, in contrarium non ob-
„stante.

§. XLI.

De tonsura per Abbates conferenda.

CAPUT X.

*Episcopis inferiores Prælati tonsuram, vel
minores Ordines ne conferant, nisi Regu-
laribus sibi subditis: nec ipsi, aut capita-
la quacunque dimissorias concedant,
graviori in decretum peccantibus
pœna statuta.*

„Abbatibus, ac aliis quibuscunque,
„quantumvis exemptis, non liceat
„in posterum, intra fines alicujus Dicc-
„cesis consistentibus, etiamsi nullius
„Dioecesis vel exempti esse dicantur,
„cuiquam, qui regularis subditus sibi
„non sit, tonsuram, vel minores Ordi-
„nes conferre, nec ipsi Abbates & alii
„exempti, aut collegia, vel capitula
„quacunque etiam Ecclesiarum cathe-
„dralium, literas dimissorias aliquibus
„clericis secularibus, ut ab aliis ordi-
„nentur, concedant: sed horum ordi-
„natio, servatis omnibus, quæ in hujus
„sanctæ